NvK an Kaspar, Elekt von Meißen. Er erteilt ihm auf Bitte Hg. Friedrichs von Sachsen Vollmacht, den Jubelablaß in derselben Form, wie er in Magdeburg verkündet worden ist[1]*, in Stadt und Diözese Meißen zu publizieren, und gibt ihm nähere Anweisungen.*

Kop. (15. Jh.): Wolfenbüttel, *Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f.* 65^{v}. *Zur Hs. s.o.* Nr. 1390. *Unter dem Text:* H. Pomert. *Überschrift:* Copia bulle anni iubilei in Misna anno domini M^{o}cccc^{o}l^{mo} primo, que publicata fuerat eodem anno in die Luce ewangeliste etc. *(18. Oktober).*[2]

Zu den Textübereinstimmungen mit Nr. 1455 *und* Nr. 1599 *s.o.* Nr. 1455.

Quia illustris princeps dominus Fridericus Saxonie dux etc. aput nos per suos oratores humiliter instetit pro indulgenciis plenarie remissionis ecclesie vestre Misnensi et eius dyocesanis concedendis, modo quo illas in aliis locis concessimus, nos tanti principis desideriis, que ad animarum salutem et christiani populi consolacionem tendere conspicimus, precondescendentes, paternitati vestre, de qua plurimum in domino confidimus, cum nos ad presens dyocesim aliis plurimum impediti negociis personaliter accedere non possimus, facultatem damus, ut nostri nomine incolis civitatis et dyocesis Misnensium sub nostra legacione comprehensis secundum continenciam cedule super huiusmodi indulgenciis Magdeburge publicate[3] consimiles plenarias indulgencias concedatis et ibidem faciatis publicari atque eciam inibi de confessoribus tot, quot necessarii fuerint, qui usque ad diem Purificacionis beate Marie virginis proxime futurum in casibus eciam apostolice ⟨sedi⟩ reservatis ⟨modo⟩ quo Magdeburge ⟨absolvant⟩, provideatis. Hii eciam confessores publicis peccatoribus publicas penitencias iniungant et mutilatores seu interfectores clericorum ad apostolicam sedem remittant sacrilegosque et incendarios ecclesiarum non absolvant nisi satisfactione premissa aut certitudine de satisfaciendo habita.

Symoniacos vero civitatis et dyocesis Misnensium per vos tantum aut illum, quem ad hec specialiter deputaveritis, modo quo Magdeburge commisimus, volumus absolvi, ac per vos capsas sub diversis clavibus poni, ita ut capse huiusmodi sine clavi, quam vos ad eas nostri nomine habueritis, non valeant aperiri. Et ne fraudis oriatur suspicio, earundem capsarum apercio nullatenus fiat nisi coram testibus fidedignis, qui tunc reperta per suarum manuum subscripcionem recognoscant. Vos quoque omnium contribucionum medietatem ad mandatum sanctissimi domini nostri pape studeatis reservare; aliam vero medietatem ad ecclesiarum fabricas, ubi opus videritis, cedere permittatis.[4]

---

3 que: qui 6 possimus: possumus 8 plenarias: plenarie 17 quam: quem.

---

[1] *S.o.* Nr. 1390. *In derselben Wolfenbütteler Hs. kurz vorher f.* 60^{r}*–*61^{r} *Kopie von* Nr. 1390.

[2] *Das ist unzutreffend; denn es handelt sich lediglich um Anweisungen, wie der Elekt die Ablaßurkunde für Meißen analog zu der von NvK in Magdeburg erlassenen* Nr. 1390 *zu gestalten habe; s.u. Anm. 3.*

[3] *In Anbetracht der Zitierung einzelner Passagen in* Nr. 2044 *aus einer von NvK dem Elekten übersandten* cedula, *die sich so nicht in* Nr. 1390 *finden, dürfte diese* cedula *nicht nur den Text von* Nr. 1390, *sondern auch erläuternde Ergänzungen enthalten haben, wie sie sich z.B. in* Nr. 1549 *und* 1600 *in wörtlicher Übereinstimmung mit den Zitierungen in* Nr. 2044 *finden. Wegen der viermonatigen Zeitspanne zwischen* Nr. 1566 *und* 2044 *muß allerdings offen bleiben, ob sich* Nr. 2044 *überhaupt auf die in* Nr. 1566 *genannte* cedula *oder auf eine jüngere Korrespondenz des Elekten mit NvK bezieht.*

[4] *Zum Fortgang der Meißner Ablaßsache s.u.* Nr. 2041–2044.

1451 August 4 (5?), Minden.[1] **Nr. 1567**

NvK. Allgemeine Kundmachung. Er fordert alle konkubinarisch lebenden Priester und Kleriker in der Stadt Minden auf, binnen drei Tagen ihre Konkubinen wegzuschicken, widrigenfalls jedoch am dritten Tage vor ihm zu erscheinen, um die entsprechenden Strafen entgegenzunehmen.

Kop. (15. Jh.): Hannover, *Landesbibl., Ms I 182 f.* 73^{v}. *Zur Hs. s.o.* Nr. 1549.
Notiz (17. Jh.): Münster, *StA, Msc. II (Sammlung Kindlinger)* 189^{I} *p. 108 Nr. 666 (s.o.* Nr. 1557*).*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.